

imperfectam illius monstri genera-
tionem.

Sed mittam ista, suam cuique o-
pinionem liberam relinquens : di-
splicer tamen absurdâ vetera , du-
dum pñè ab universo Machaonio

choro explosa & solidè refutata
postliminiò revocare , & exin ina-
nem laudem venari. *Πιλοτιμία & κι-
νδύνες* obfuscant mentem , et si quis
rectiora cernat , tamen non cedat.

EPISTOLA XVIII.

*Ad quendam primarium Medicum de differentiis & causis
spasmi, præsertim stridoris dentium, in febribus
ardentibus.*

 Heses de convulsione
differentes , rerum no-
varum desiderio fla-
grans , ilicò perlustravi.

Sum enim magnus li-
brorum Heluo , ut existimem , arcu-
lam avari citius repleri pecunia pos-
se , quam rerum utilium cognitione ,
exatiari meam mentem . Cum haud
pridem , amica dissensio inter nos
suborta , de causâ stridoris dentium ,
succedentis febri continua sat ar-
denti , te spasmodum illum musculo-
rum mandibulas moventium , à re-
pletione suum habuisse proventum ,
asseverante : me autem ab inanitione
febrili calore , humidum absu-
mente primigenium , illud
prodiisse , dictitante . Haud dubiè
theses illæ eum in finem mihi vi-
fendæ sunt communicatæ , cum ea-
rum Author , convulsiones à solis
malignis vaporibus irritantibus ner-
vorum propagines , causari , ex toto
rejectâ inanitione & repletione , li-

terarum monumentis tradere , haud
sit verecundatus , ut exin innotesceret , complures reperiri Medicos ,
tuæ sententiæ suffragantes & adstipulantes . Convulsio multorum Me-
dicorum mentem convellit , ut se ex
hoc labyrintho extricare , haud que-
ant , *Thesei opus filo videtur , cuius*
duetum sequentes , se expedite , &
*tandem ad veritatis portam pertin-
gere valeat : ut aliquid opis adferre
liceat , & ego ingenii mei nervos ,*
nonnihil intendam.

Controversia illa dudum mihi sat
cognita . Elapsi namque 60. anni ,
quod Theses Thomæ Erasti (qui ra-
men non primus author , sed pre-
cursores habuit Avicennam & Aver-
rhoen : nec Galeno id ignotum fuit)
de spasmo tractantes , (quibus vul-
gari ac tritâ priscorum Medicorum
statuentium repletionem & inani-
tionem , opinionem eliminatâ , pro ob-
tinendo suo intento , convulsionem
à vaporibus tantum malignâ qualiti-
tate

tate imbutis, & nervosum genus percellentibus, concitari, velut pro aris & focis, acriter propugnat) in Gymnasio Patavino, in meas pervernerint manus, a quodam Studioſo Germano tum oblatæ. Dari ſpafum non proportionatum ad materiam, tum aliis in affectibus, tam in malignis etiam non raro febribus, nunquam à me in dubium eſt vocatum, nec ullum fore autumo, qui id negare auſit, cui cerebrum eſt incorruptum. Quoad Stridorem dentium ægræ nuper defuncte, haud abs re fore duxi, ſiquidem caſum illum, ſuis cum circumſtantii delinéatrem atque ob oculos constituerem. Erat fæmina illa calidioris Naturæ & complexionis ſanguineæ, prout ex colore faciei roſeo, placidis ac benignis moribus, corpore candido. & *invaginata* eſt depræhendendum, *duorū genitrix* Epatis calidior obtigerat, exin humoris biliosi copia emerſit, ut non raro diarrhæa ex cholera concitata fuerit, que transiens per intestina, in excernendo, ſuā acrimoniā & fervore, haud levem cruciatum & incendium procurabat, magnam creans moleſtiā & querelam, etſi excederit annum 30. ætatis, tamen nec veneficationem unquam admifit, nec pharmacorum uſum adhibuit, ea totaliter negligens ac respuens. Accedebat in ſuper inordinata viſtū ratio, in quanto & quali nullum observans

modum, & in aliis rebus non naturalibus exorbitans, quid igitur miri, ſi tot annorum decurſu, in venis collecta plethora, in visceribus coacerata cacochymia, tandem emerſerit febris illa continua ardenter, humoribus biliosis in venis, præſertim circa regionem Epatis & Lienis, (nam ſpacio bidui, de ingenti *multitudine* ac incendio, ſub utroque hypochondrio infestante, erat querela) per putredinem, ob prohibitam eventationem, ex obſtructionibus cauſatam, concepta flamma, ebulientibus ac effervescentibus: tandem calore non naturali indies magis invaleſcente, mediantibus venis & arteriis, totum corpus perreptante & infelicia membra depaſcente, circa diem decubitus octavum, materia fervida rapta ac per *multas* delata in cerebrum, gravifimam invexit phrenesin, & dictis & factis excedens decorum, non ſolum variā obvenere deliria & absurdā dieteria, ſed & tanto furore correpta, ut vociferari cæperit, tam inquietā, ut à duobus bajulis ſat validis ac robustis, in lecto contineri, vix quietit, quadridui intervallo poſt ſupervenir illud ſymptoma lethale miferam ægram mirè torquens, Stridor dentium per triduum perfeverans, poſtremā in primis nocte uſque ad horam 12. matutinam jugiter, ſine ulla intercedepine, moleſtans & ad extreum uſq; halitum perdurans.

Ss 3

Con-

Convulsorum illud ~~non~~, conjecturā fretus haud vanā, existimabam suum habuisse exortum atque proventum, ab inanitione nervosarum partium, iis ab igneo calore febri exiccatis. *Tetragram* occurrabant haud spernanda.

1. Quia illud symptoma paraphrenesi successit, sanguine bilioso rapto in cerebrum, inflammationem causante, & ardore suo nerveas partes depopulante. Dum Nosologiam Harmonicam, D. Petrai Prof. Marburg. viri sanè Eruditii, per volutavi, depræhendi, ipsum statuere, convulsiones in phrenitide exorientes, provenire, à siccitate nervorum, non autem à materiā in eos excusā. Quin & ipse Gal. lib. 3. d. loc. aff. c. 6. illi adstipulatur hisce verbis: *Cum convulsio sit ab astuante febre*, qualem in phreneticis videre est, caulam esse ariditatem vacuationemque recte putaveris. Quid illustrius, quid luculentius pro meā sententiā corroborandā adferri posset? Videtur illa velut Achillea suā in basi adhuc fixa stare ac innata.

2. Cum Stridor dentium tum ab Hippocrate & Galeno, ac universo Machaonio choro, communi calculo atque suffragio, in febribus continuis se prodens, reputetur exitialis, & prodromus mortis, Herculeum ex in capiendum argumentum, convulsionis tam stabilis ac contumacis causam vaporibus malignis haud as-

signandam: si in his culpa hæceret, utique per alexiteria & hydrotica malum illud non raro propulsari & complures ægri in vitâ conservari possent: id quod cum nunquam eveniat, & omnes lurida mors abripiat, erit igitur causa fixa & planè hec tica, nullo remediorum genere averruncanda. Majoris roboris causā accesso in subsidium, Prosperum Alpinum, qui in suo eruditō tractatu de præagiendā vitâ & morte, Stridores dentium in febribus continuis supervenientes, perpetuō exitiales, allevare non dubitat, tum suā Experiētiā, tum Hippocr. & Gal. effatō, subnexā ratione, quod illud symptoma fiat, læso nervorum principio, aut temporum maxillarum musculis, ab igneo calore, immoderatè siccatis, ac ex in convulsis, quæ convulsiones sint insanabiles. Hisce ita se habentibus, quidni & ego haud vanā conjecturā ductus, convulsiones prædictas febri continuas sat ardenti, (sub utroque hypochondrio tam ingens ~~causa~~ percipiebat, ac si ignis eò loci exarderceret. Es brann mich wie ein Feuer / querulā voce dictitando) & paraphrenesi supervenientes, ab inanitione profectas, haud perperam sensisse, existimari queam. Id quod intactum relinquere non potui, non tam ullo contradicendi pruritu, quam quod illa cum meā ratione quadrare, nec aliorum etiam haud trivialium Medicorum autho-

authoritati repugnare videantur, Haud levis in animo meo suborta est admiratio, quod Author thesium transmissarum, unicam tantum causam convulsionis admittat, irritacionem nervosi generis à malignâ qualitate, inanitionem verò & repletionem, planè respuat. Illius rationes tanti ponderis ac momenti non aestimo, ut me flectant ac impellant, ad consensum, & moveant, minus dimoveant à preconceptâ opinione, haud abs re duxi quin animi mei cogitata proferrem in medium, in opus- positorum tendentia.

Præsuppono interpretationem Galeni, quomodo veterū sententia de convulsione ex repletione & inanitione, sit intelligenda, qui lib. 5. aph. 1. ita differit: Ipse nos docuit Hippocrates, quod fiat convulsio ex repletione & inanitione, corporum scil. nervosorum, à quibus secundum electionem motus perficiuntur. Sunt autem hæc, nervi ligamenta, musculi & tendines. Fit autem & propter compatiendi societatem convulsio, quam non debemus existimare ab Hippocrate prætermissam. Eam enim quæ primum fit, convulsionem ostendit, cum ait: convulsionem ex repletione & inanitione generari. Et quidem novimus etiam morsus ratione fieri in ore ventriculi singultum adeò, ut quispiam & nervos itidem pati, existimarit. Exin mirari soleo

Eraustum, & etiam D. Sennertum, qui magno conatu infringunt opinionem veterum de repletione & inanitione, solam convulsionem concedentes, quæ irritando acriore ac malignâ qualitate facultatem expultricem ad excutiendum, quod molestum: istum Galeni locum non dixerim illos ignorasse, sed studiosè præteriisse, animadvententes, suo placito valde repugnare. Non enim convulsionis causas ad so-los exiguos nervulos per musculos dispersos, restringebant, sed ad corpora nervosa, prout sunt nervi, liga-menta, tendines, cum nec ignotum illis, interdum etiam convulsionem concitari, à materia aciore morden-te & vellicante partes nervosas.

Verum spasmodum ceu morbum à repletione & inanitione oriri: at motus convulsivos esse tantum symptomata facultatis expultricis. Et sicut ista Galeni commentatio pro prisorum Medicorum tutela, albo calculo est notanda, cuius medio, omnis Neotericorum altercatio infringenda, si lis ac contentio de convulsione ex repletione & inanitione corporum nervosorum, quoad eorum substantiam, non autem de spasio à vaporosâ malignâ materia, Naturam irritante, esse intelligen-dum. Etenim cum duplex spasmus constituendus, legitimus & spurius, in illo nervi, seu partes nervosæ pa-tiuntur ratione substantiæ, quæ etsi essent

essent omnis sensus expertes, tamen si replete, aut inanitæ, æquæ convellerentur: in hoc autem afficiuntur, quatenus sunt sensibiles, à re inimicâ irritatæ contrahuntur, ut noxiū expellant. In illo pars contorta semper talis manet: in hoc autem sine tensione perpetuā, motus convulsivus per intervalla accedit & recedit.

Verus spasmus provenit vel à repletione vel inanitione: si à repletione, nervi peregrinâ materiâ farcti, secundum cavitates evadunt breviores, quia latera, dum dilatantur, dum à se invicem discedunt, necessariò ad suum principium torquentur: ab inanitione, dum nervi exiccati secundum longitudinem & latitudinem abbreviantur. Illegitimus autem spasmus, sc̄ non proportionatus ad materiam, concitatur ab extraneâ & malignâ qualitate nervos vellicante, non quod eorum substantia reddatur brevior, sed quod exquisito sensu dotati, ut ex in extimulata Natura, mediante facultate expultrice, insurgat ad id, quod molestum, excutiendum. Fides ac chordæ in testudine, aut cithara, luculentio sint exemplo, quæ aëri humidiori aut sicciori expositæ, plus æquo replete, aut exiccatæ, dum abbreviantur, magnâ violentiâ dissiliunt. Indubium si instrumenta illa musica tali constarent materiâ, quæ dilatari & contrahi posset (prout musculi à chordis) æquæ retraheren-

tur & sicut partes convulsæ, apparent distortæ: atcum ob solidioram consistentiam non cedant, chordæ disrumpuntur. Etsi chordæ omni sensu destitutæ, non minus nimium madidæ aut exiccatæ, ita abbreviantur, ut resilientes frangantur. Quid nî ratio suadeat, & ipsi sensus suffragium ferant, convulsiones nervorum haud dispari ratione fieri posse, eorum tunicis alienâ materiâ repletis, distantis, vel à siccitate corrugatis, etli planè essent insensiles. Si nervi essent omnis sensus expertes, tum spasmus non proportionatus ad materiam, locum habere non posset, nec daretur ulla virtus expultrix, noxiam percipiens, ad eam amolendam. Etsi Averrhoes Medicorum Aristarchus, similitudinem chordarum deridere solitus, videtur tamen à ratione haud alienum, cum fides in testudine sint tenuissimæ, at dum intumescunt, aut exiccantur, dissiliunt: quidnî partes nervosæ, ut tendines & nervi, multò crassiores, eodem modò affici possunt.

Cum Hippocrates lib. 2. aph. 26. tradat: febrem convulsioni supervenire, melius est, quam convulsionem febri, & lib. 7. aph. 13. Ab aestibus fortibus spasmus superveniens, vel tetanus, malum. Cum Hippocrates suos aphorismos calamo in mentem intincto scripsit & ab ipsis suffragante experientiâ prompsit, haud abs re investigare causas & rationes,

tiones, utrum duo illi aphorismi ratione & experientiae sint congruentes. Rationes nobis suggerat ipse Hippoc. lib. 5. aph. 39. & Galen. in commentario: dum duplum proponit causam convulsionis, ex repletione & inanitione, corporum scil. nervosorum, quae si repleta humoribus crassis ac pituitosis, ut spasmodus succedit, & huic febris superveniat, quae suo calore resolvat ac discutiat materiam illam spasmodicam, id pro bono augurio habendum, in dispensanda convulsione: si vero con-

vulso febri accedat, funestum, ob exhaustum nervosi generis, quae siccitas est insanabilis. Exin vel duo illi aphorismi falsitatis arguendi, id autem de divino Hipp. Genio supicari, sit piaculum: vel si illæ rationes adductæ non sufficientes, cum alia excoigitandæ ad salvandam veritatem. Si illæ non ad tuum gustum, desidero portiores: si quid solidi opponendum, ad illas destruendas, tum vietas dabo manus. Sed nunc vela contraham, rem istam uberiori tibi speculandam committens.

EPISTOLA XIX.

Contra Astrologiam vaticinam.

*Ad Dn. M. Nicodemum Sitzlinum, Ecclesiastem
in summo Templo Ulm.*

 Um à me efflagitatis meam sententiam arque censuram, quid de prædictionibus Astrologiæ, præsertim Genethliacis, sit judicandum, id laboris Viri amico derrectare, inamicum æstimo, quin in re etiam majoris momenti tibi gratificari sim promptus ac benevolus: idcirco animi mei cogitata, per hanc Epistolarem confabulationem, communicare libuit.

Haud invitus admitto, cum Deus & Natura nihil faciant frustra, proin celum ab Hieron. Cardano. haud invenustè vocatur, Dei Altis, In-

strumentum, quo in hæc inferiora ac sublunaria, operari solitus. Sydera à Deo Opt. Max. in hunc finem creata & cœli parietibus affixa, ut anni tempora variarent ac mutarent, subinde aliam in aëre inducentia crasis ac temperaturam, caloris & frigoris, humoris & siccitatis, ut terra progerminare & omnis generis fruges, ad sustentationem vitæ animalium necessarias, producere valeat, quin deinceps à diversa aëris constitutione, varie concidentur ægritudines, & Natura in primis humana multis ejus mutationibus obnoxia ac subiecta, exin non parum alte-

Tt

alte-